Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

pente flauit in eos & abierunt
et turbo quasi stipulas auferet
eos. Et tu assimilasti me & ad
equasti me dicit sanctus. Leuate
in excelsum oculos uestros & uide
te quis creauit hec. Qui educit
in numero militiam eorum & om
nes exnomine uocat pmultitu
dine fortitudinis & roboris uirtu
tisq eius neq unus reliquus fuit
Quare dicis iacob & loqueris israel
abscondita est uia mea a domino
& a deo meo iudicium transibit me
um. Numquid nescis aut nõ au
disti. Deus sempiternus dominus
qui uocauit finium terre nõ defi
cet neq laborabit nec est in uesti
gatio sapientie eius. Qui dat la
sso uirtutem & his qui non sunt
fortitudinem & robur multiplicat
Deficient pueri & laborabunt &
iuuenes in infirmitate sua ca
dent. Qui autem sperant in dom
no mutabunt fortitudinem. as
sument pennas ut aquile cur
rent & non laborabunt. ambula
bunt & non deficient. XLI

Acceant ad me insule et
gentes mutent fortitu
dinem. accedant & tunc
loquantur simul. ad iudicium
appropinquemus. Quis suscitauit
ab oriente iustum. uocauit eum
ut sequeretur se. Dabit in con
spectu eius gentes & reges obtin
ebit. Dabit quasi puluerem gla
dio eius. sicut stipulam uento ra
pta arcu eius. Persequetur eos
transibit in pace. semita in pedib
eius nõ apparebit. Quis hec ope
ratus est et fecit. uocans generatio
nes ab exordio. Ego dominus pri
mus & nouissimus ego sum. Vi
derunt insule & timuerunt extre
ma terre obstupuerunt appropinqua
uerunt & accesserunt. uniusquisq
proximo suo auxiliabitur & fratri
suo dicet. Confortare. Confortaui
fabr erarius pcudens mal
leo eum qui cudebat tunc temporis
dicens gluttino. Bonum est & con
fortauit eum in clauis ut nõ mo
Et tu israel serue meus iacob quẽ
elegi. semen abraham amici mei
in quo apprehendi te ab extremis t
re & a longinquis eius uocaui te
Et dixi tibi. Seruus meus es tu
Ego elegi te & non abiecti te. ne
timeas quia ego tecum sum & ne
declines quia ego deus tuus cofor
tam te & auxiliatus sum tibi & sus
cepit te dextera iusti mei. Erube cõ
fundentur & erubescent omnes qui
pugnant aduersum te. Erunt
quasi nõ sint & peribunt uiri qui
contradicunt tibi. Quaeres eos &
nõ inuenies uiros rebelles tibi &
erunt quasi nõ sint & neliud con
sumptio hominis bellantis ad u
sum te. Quia ego dominus deus
tuus apprehendens manum tuam
dicens tibi. Ne timeas ego adiu
ui te. Noli timere uermis iacob
quia mortui estis de israel. Ego au
xiliatus sum tui dicit dominus
et redemptor tuus sanctus israel.